

MOSTELLARIA

ARGUMENTUM

Manu misit emptos suos amores Philolaches
Omnemque absente rem suo absumit patre.
Senem ut revenit ludificatur Tranio:
Terrifica monstra dicit fieri in aedibus
Et inde primum emigratum. intervenit 5
Lucripeta faenus faenerator postulans.
Ludosque rursum fit senex; nam mutuom
Acceptum dicit pignus emptis aedibus.
Requirit quae sint: ait vicini proxumi.
Inspectat illas. post se derisum dolet, 10
Ab sui sodale gnati exoratur tamen.

ACTUS I

GRUMIO TRANIO

Grumio: Exi e culina sis foras, mastigia,

1. **manu misit:** ‘hij heeft vrijgelaten’. — **emptos suos amores:** ‘zijn (als slavin) gekochte liefde’. — **Philolaches:** de zoon des huizes, die van de afwezigheid van zijn vader gebruik heeft gemaakt om samen met zijn minnares in een vrolijk leven het ouderlijk vermogen er door te draaien. 2. **rem... absumit:** ‘hij heeft het vermogen verbrast’. 3. **ludificatur:** ‘hij neemt bij de neus’. — **Tranio:** slaaf van Philolaches; probeert met slimmigheden de boze gevolgen van zijn meesters misstappen op te vangen. 5. **emigratum:** sc *esse* (impers., dus niet *se esse*) ‘men is verhuisd’. **intervenit:** ‘komt plotseling’. 6. **lucripeta... faenerator:** ‘winzuchtige woekeraar’. — **faenus... postulans:** = *lucripeta* = *lucrum petens*; *faenus* ‘rente’. 7. **ludosque... fit:** *ludos* (acc. pl.!) *fieri* ‘bij de neus genomen worden’. — **mutuom acceptum:** ‘de lening’. 8. **dicit:** subj. Tranio. **pignus emptis aedibus:** ‘een waarborgsom voor de koop van een huis’ (aanbetaling of hypotheek?). 9. **requirit:** subj. de vader van Philolaches. **vicini proxumi:** sc. *aedes* ‘het buurhuis’. 10. **post se derisum dolet:** = *postquam evenit se derisum esse, dolet senex*. 1. **Grumio:** Grumio en Tranio zijn slaven van Philolaches. Grumio is solidair met de vader, werkt

qui mi inter patinas exhibes argutias.
 egredere, erilis permities, ex aedibus.
 ego pol te ruri, si vivam, ulciscar probe.
 exi, inquam, nidor, e culina. quid lates? 5
Tranio: quid tibi, malum, hic ante aedis clamitatio?
 an ruri censes te esse? abscede ab aedibus.
 abi rús, abi dírecte, abscede ab ianua.
 em, hocíne volebas?
Gr. Perii. cur me verberas? 10
Tr. Quia vivis. **Gr.** Patiar. sine modo adveniat senex.
 sine modo venire salvom, quem absentem comes.
Tr. Nec veri simile loquere nec verum, frutex,
 comesse quemquam ut quisquam absentem possiet.
Gr. Tu urbanus vero scurra, deliciae popli, 15
 rus mihi tu obiectas? sane hoc, credo, Tranio,
 quod te in pistrinum scis actutum tradier.
 cis hercle paucas tempestates, Tranio,
 augebis ruri numerum, genus ferratile.
 nunc, dum tibi lúbet licetque, pota, perde rem, 20

op het land en komt naar de stad om poolshoogte te nemen. Tranio is werkzaam in het stadshuis en is solidair met de zoon. — **exi... foras:** twee verzen verder herhaald als *egredere... ex aedibus*. — **sis:** = *si vis* 's.v.p.'. **mastigia:** iemand die slaag verdient: 'vlegel'.

2. **inter patinas:** 'tussen de pannen'. — **exhibes argutias:** 'geestigheden debiteert'. 3. **erilis permities:** 'die je meester bederft'; *permities* (= *pernicies*); door de buitenwacht wordt de listige slaaf die zijn meester uit de wind houdt altijd aangezien voor de auctor intellectualis van al die dwaze streken. 4. **te... ulciscar:** 'ik zal het je betaald zetten'. — **ulciscar probe:** 'ik zal me naar behoren wreken'. 5. **nidor:** 'braadgeur'. — **quid lates:** = cur lates. 6. **quid tibi... hic... clamitatio?:** 'wat sta je hier te schreeuwen?'. 8. **abi dírecte:** 'barst', 'val dood'; (dírecte heeft wrsch. niets te maken met directus). 9. **em hocíne volebas:** bij deze woorden geeft Tranio aan Grumio een paar rake klappen. — **hocíne volebas:** 'is dit wat je wilde?' (sc. een pak slaag). 11. **patiar sine modo adveniat:** 'ik kan wachten; en zie maar eens wat er gebeurt als straks komt... '. 12. **quem absentem comes:** 'die je opeet (wiens vermogen je er door jaagt) terwijl hij er niet is'. 13. **frutex:** eig. 'struik', als scheldwoord 'sukkel'. 15. **deliciae popli:** 'allemanshoer'.

corrumpere erilem ádulescentem óptimum;
 dies noctesque bibite, pergraecamini,
 amicas emite liberate, pascite
 parasitos, obsonate pollucibiliter.
 haecine mandavit tibi, quom peregre hinc it, senex? 25
 hocine modo hic rem curatam offendet suam?
 hocine boni esse officium servi existumas,
 ut eri sui corrumpat et rem et filium?
 nam ego illúm corruptum duco, quom his factis studet;
 quo nemo adaeque iuventute ex omni Attica 30
 antehac est habitus parcus nec magis continens,
 is nunc in aliam partem palmam possidet.
 virtute id factum tua et magisterio tuo.
Tr. Quid tibi, malum, me aut quid ego agam curatios?
 an ruri quaeso non sunt, quos cures, bovis? 35
 lubet potare, amare, scorta ducere.
 mei tergi facio haec, non tui fiducia.
Gr. Quam confidenter loquitur. **Tr.** At te Iuppiter
 dique omnes perdant, fu, oboluisti alium.
 germana inludies, rusticus, hircus, hara suis, 40
 caeno κοπρὸν commixte. **Gr.** Quid vis fieri?
 non omnes possunt olere unguenta exotica,
 si tú oles, neque superiores accumbere

Aan deze comédie wordt gewerkt.

George J. Winter